



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 123. Oratio Gersonii pro itinere Cæsaris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. CXXII.

Sæcul. XV.
A. C. 1415.*Hieronymus Pragensis secundo exami-
natus.*

Sessione sequenti ultra festum B. V. Mariæ Assumptæ mensis Augusti dilata, totum hoc temporis intervallum diversis aliis negotiis discutiendis sacrabatur. Præprimis Patrum studia occupabat Hieronymi Pragensis caussa, quam die undevicesima Julii denuo ad examen vocabant, sperantes, eum Joannis Hussi supplicio ad saniora reductum pertinaciam in primo examine XXIII. Maji exhibitam depositurum. De cujus interrogatoriis hoc unicum constat, quod Hieronymus de articulis sibi objectis examinatus, ad articulum de Eucharistia responderit, substantiam singularem præsentis frustuli panis transsubstantiari in corpus Christi, substantiam vero universalem panis manere; ex hac ratione, inquit Infantius, quia Joannem Hussum secutus dari universale a parte rei tenuit.

§. CXXIII.

*Oratio Gersonii pro discessu
Cæsaris.*

Illuxit dies discessui Imperatoris præsi- *Gerson. tom.*
xus, quidam vigesimum primum Julii, *2. p. 273.*
Theodoricus Niemus decimum octavum,
Hist. Ecclesiast. Tom. XXVI. K. alii

Sæcul. XV.
A.C. 1415. alii decimum nonum assignant. Gersonius, biduo vel triduo elapso, occasione hujus itineris, & supplicationum institutionum sermonem habuit, assumpto Themate ex Psalmi LXVII. versu 20. *Prosperum iter faciat nobis Deus salutarium nostrorum.* In eo exposuit in pacis negotio navatam hucusque feliciter Concilii operam & submota tandem obstacula, quæ extinctionem schismatis, extirpationem hæresum, ac morum reformationem retardabant. Adstruit quoque auctoritatem Synodi Pontificia superiorem in materia fidei, & reformationis, quam sententiam pluribus firmat argumentis. Ceterum Oratio hæc effectu non caruit, nam postera die generalis indicta est Congregatio, in qua de conclusionibus seu regulis a Gersonio stabilitis, necnon de modo eas in usum deducendi deliberatum fuit. Diversa etiam media proposuit Cardinalis Florentinus, quorum ope reformatio Ecclesiæ in Capite & membris non sine prospero eventu suscipi posset.

§. CXXIV.

Synodi epistola ad Bohemos de Hussi supplicio.

*Niem. apud
Vander
Hardt to. 2.
p. 445.*

In alia quadam Congregatione sancivit Synodus, ut datis literis Bohemi de suppli-